

A

16005

---

---

VI.

---

Scripturæ, vel etiam honestati contrarium. Magis enim DEo obediendum, quam hominibus.

§. XX. Rectam ita conscientiam erronea excipit, quæ ita dicitur ab errore quem committit, sed uti error vel Vincibilis est vel invincibilis, item dere, vel per se bona conscientia vel vincibilis se bona, vel per se ligat, nam quod erronea, dicta ab errore agit sive juxta, sive ta eam agit à veni- nixus arbitrio, ac jus voluntate magis agit, ex eò, quod invincibilis, etsi non magis, quia quod conscientia vel exiguo exemplum per suum reddidit Regem, hæreticæ Regicidium sive abstinentia fit à manu abstinentia à Regem. Et tamen suæ conscientia. Cæterum conscientiam agit non peccat, licet vitari potest, Agit non peccat, peccatum minimum hac esset opinio Christi sub & cum pane formæ quadratæ peccat, est n. indifferens formæ, aut v. si agit Hundeshagen.

§. XXI. Pauca jam sunt, quæ ad Questionem; An Leges Civiles juxta Naturam conscientiam obligent? Sunt enim qui negant, rationem suam desumentes, ab Excellentia conscientia, ut pote quæ longè præstantior est, quam ut humanis Legibus stringi queat, nequæ in conscientias, quis cumquæ sit, præter DEum, habet potestatem. Sed firmior est, eorum sententia qui statuunt omnino, Leges Civiles habere vim obligandi conscientias, asserti sui rationem ponentes, p. in S. literis, quod Paul. Rom. 13. v. 5. Per. I. Epist. cap. 2. v. 13 id statuatur, p. in convenientia Legis Civiles, cum Lege naturæ, neque enim ulla Lex Legitima est, nisi sit fundata, in Lege naturæ, ut adeo qui peccat contra Legem Civ. peccet etiam contra Legem Naturæ, agatque per consequens contra conscientiam.

POSITIONUM POLITICARUM DENARIUS,

PRÆSIDE

VIRO

*Præ-Nobilissimo, Excellentissimoque*

DN. CHRISTIANO

*Rohrenseer/*

Phil. Pract. P. P. celeberrimo, &

Elect. Alumn. Ephoro gravissimo,

*Patrono suo Magno, Præceptore*

*isidem ætatem colendo,*

RESPONDENTE

M. CHRISTIANO MARTINO

*Seelmann/ Leutschoviâ Hungaro,*

publicæ disquisitioni submissus

In florentissimâ Wittenbergensi,

Anno clis lxxciv. d. 8. Decembr.

WITTENBERGÆ, Typis JOHANNIS HAKIL



I.  
Vum multum momenti in eo  
versetur, ut cives in Republica  
frugi sint, legibusq; obtempe-  
rantes, Majestati civili commen-  
datissimum esse debet, ut non  
modò legitimè progenerentur,  
verùm etiam ad scopum & salu-  
tem civitatis sollicitè educentur. Proba enim educa-  
tio in legitimâ generatione fundatur.

II.  
Atq; ut in teneriori ætate ratio cum primis habenda  
alimenti, motûs, aëris; sic simul danda est opera, ne  
quid illiberalis, scurrilis ac parum honesti puerorum  
oculos & aures feriat, sed honestæ ac liberali permit-  
tantur conversationi, assiduiq; sermonibus de cogni-  
tione cultuq; Numinis, de fastigio, præmiisq; virtutum  
imbuantur, flagitia verò aut nunquam, aut cum super-  
cilio & verecundiâ coram ipsis nominentur, illorumq;  
tristes exitus atq; supplicia depingantur.

III.  
Porro, quandoquidem liberi civium aliquando  
civitatis participes sunt futuri; ad hoc verò, ut civitas  
sit bona, intersit maximè, membra ejusdem futura bo-  
na esse, non derogabimus equidem parentibus jus e-  
ducandi liberos, ut tamen Majestati curam superio-  
rem ac inspectionem salvam esse velimus, quò labor  
ille

en de  
ille ac sollicitudo ita temperetur, prout reipublicæ ex-  
pedit.

IV.  
Quod ut obtineatur, curabit Majestas, ut insti-  
tutio sit publica, virosq;, quorum spectata virtus, pru-  
dentia & eruditio est, juventuti formandæ præficiet,  
quibus de stipendiis tædio labori respondentibus  
prospiciet, simulq; certa ædificia juventuti erudiendæ  
destinabit. Cujus enim est, promotum cupere fi-  
nem, ejus quoq; est, media suppeditare congrua, qui-  
bus iste obtineatur.

V.  
Normam institutionis, si à Divinâ lege recesserimus,  
Reipublicæ scopum atq; felicitatem jamtùm constituimus:  
quæ cum certis artibus promoveatur commodè, quibusdam  
tufflaminetur ac intervortatur, Majestatis erit, quæ artes,  
quæ disciplinæ, & quousq; in civitate addisci, tractariq; de-  
beant, quæ minus, prudenter determinare, nihilq; permit-  
tere, unde civitati vel olim detrimentum aliquod expectan-  
dum.

VI.  
Quoniam igitur partes curandæ reipubl. sunt diversæ,  
ac obveniendi negotia infinitam propemodum præ se ferunt  
varietatem, exciderit sine suo, qui clavum reipubl. modera-  
tur, si omnes cives unam tantùm addidicerint artem, cætera-  
rum æquè necessariarum ignarissimi: ut ad eò ad diversas  
artes & studia diversi cives, quilibet pro ductu & capacitate  
ingenii, conditione natalium, fortunæq; ac occasionis, sint  
adversificandi.

VII.  
Artes inter & studia reipublicæ necessaria tantum emi-  
nent

neque literæ, quantum inter ignes Luna minores. Unde in  
qualibet bene constituta civitate non minores saltem scholæ  
constituendæ, verum & erigendæ majores, quas Academi-  
as vocamus: ad quas, velut ad emporia publica, non cives  
duntaxat, sed & externi confluant, ad extinguendum noci-  
uum ignem humanæ ignorantie ac cœcitatæ, mentemq; pie-  
tate, sapientiâ & prudentiâ replendam.

VIII.

Quibus proficendi in his demandata provincia est, ex-  
cellant oportet eruditione, docendiq; dexteritate ac perspi-  
cuitate: tum & ut moribus ac diligentia studiosæ præluce-  
ant juventuti æquum est.


IX.

Hujus vice versâ est, pietatis infucata studio Numen si-  
bi reddere propitium, reverentiam ac obsequium exhibere  
doctoribus, cultu virtutum aliorum sibi amorem conciliare,  
ac præcipuè sedulam impendere operam profitentibus, pri-  
vatisq; repetitionibus & meditationibus. Tum aliquando  
prodire in publicum, parteq; doctrinæ specimen edere, ac pe-  
riclitari ingenii vires, omnesqve intendere nervos, ut ad  
solidam perveniat eruditionem, rei publicæ utilem, sibi glori-  
osam.

X.

Qui secus faciunt, & non modò non incumbunt studiis,  
verum etiam vitâ dissolutâ offendunt alios, sibi verò pro-  
brum conciliant, illi nec studiosorum nomine digni habendi,  
nec gaudere privilegiis debent, quæ à summorum im-  
perantium indulgentiâ studiorum fa-  
vor impetravit.

SOLI DEO GLORIA!



DISPUTATIONEM

SECUNDAM

Ende

DE

V

UTI

MULO,

ÆSIDE

M.

ANO MARTIN

eelmann/

oviâ - Hungarò,

ublice proponit

ESPONDENS

MICHAELIDES

nicensis-Silesius.

em 4. Januarii, 1696.

Horis pomerid.



VITTENBERGÆ,

Typis MART. SCHULTZII, Acad. Typogr.

4022